Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

factus est sermo domini ad me di
cens. Et tu fili hominis sume ti
bi lignum unum. et scribe sup il
lud. et filiorum israel. et sociis eius. et
tolle lignum alterum. et scribe sup
illud. Joseph. et lignum ephraim
et omnie domus israel. sociorum eius
Et adiunge illa unum ad alterum
ubi in lignum unum. et erunt in
unionem in manu tua. Cum autem
dixerint ad te filii populi tui loquentes
Nonne indicas nobis quid in his
tibi uelis. Loqueris ad eos. Hec dicit
dominus deus. Ecce ego assumam
lignum ioseph quod est in manu
ephraim et tribus israel que adiunc
te sunt ei. Et dabo illud pariter cum
lignum iuda. et faciam ea in lignum
unum. et unum erunt in manu eius
Erunt autem ligna sup que scrip
sisti in manu tua in oculis eorum
Et dices ad eos. Hec dicit domini
deus. Ecce ego assumam filios israel
de medio nationum ad quas abie
rant et congregabo eos undique et
ad ducam eos ad humum suam
et faciam eos in gentem unam
in terra in montibus israel et rex
unus erit omnibus imperans. et
non erunt ultra due gentes nec di
uidentur amplius in duo regna
neque polluentur in idolis suis et
in abhominationibus suis. et sicut
ti in iniquitatibus suis et saluos
eos faciam de uniuersis sedibus
suis in quibus peccauerunt. et emun
dabo eos. et erunt mihi populus et ego
ero eis deus. Et seruus meus dauid
rex sup eos. et pastor unus erit omni
um eorum. In iudiciis meis am
bulabunt. et mandata mea custo
dient et facient ea. Et habitabunt
sup terram. ipsi et filii eorum quam
dedi seruo meo iacob. in qua habitaue
runt patres uestri. Et habitabunt super
eam ipsi et filii eorum. et filii filiorum
ipsorum usque in sempiternum. Et da
uid seruus meus princeps eorum
in perpetuum. Et pociam illis fedus
pacis. et pactum sempiternum erit
eis. Et fundabo eos et multiplicabo
et dabo sanctificationem meam in medio
eorum in perpetuum. et erit tabernacu
lum meum in eis. et ero eis deus
et ipsi erunt mihi populus. Et scient
gentes quia ego dominus sanctifi
cator israel. Cum fuerit sanctificatio
mea in medio eorum in perpetuum.

Et factus XXXVIII
est sermo domini ad me
dicens. fili hominis pone
faciem tuam contra gog. et terram
magog. principem capitis mosoch
et thubal. Et uaticinare de eo. et
dices ad eum. Hec dicit dominus
deus. Ecce ego ad te gog. principem
capitis mosoch et thubal. et circu
te agam. et ponam frenum in mar
illis tuis. et educam te. et omnem
exercitum tuum equos et equites
tuos uestitos loricis uniuersos. et
multitudinem magnam. hastam
et clipeum arripientium et gladium
per se ethiopes et libies cum eis
omnes scutati et galeati gomer et
uniuersa agmina eius domus eius

e. xxxvi

102

ezechiel